



REVERENDISSIMO PRIN-
CIPi AC DOMINO, DOMINO
Urbano, Episcopo Gurcensi, Romanorum, Un-
gariæ, Boëmiæq; Regis Consiliario & Con-
cionatori, domino suo obser-
uandissimo.

Voluit Deus, reuerendissime ac illustris
domine, reges ac principes esse nutri-
ces Ecclesiæ: & ut hæc haberet certa hospi-
zia, constituit politias. ea autem, quamuis in
hisce imperiorum, ruinis miserè quassatur, et
vera doctrina Euangelij obscuratur, tamen
semper Deus excitat aliquos Monarchas, qui
bus sponsa Christi curæ est, excitat quoq; pios
Doctores & Pastores, qui incorruptam do-
ctrinam tradunt, nullius impulsu vel deterri-
ti auctoritate.

Cum itaq; illustris celsitudo vestra in hoc
amplissimo confesso serenissimorum Regum,
illustrissimorum Electorum, Principum, Co-
mitum & Nobilium, & verã vocem Euan-
gelij proponat, & manifestè taxet abusus ie-
iunij & aliarum ceremoniarum, &c. volui